SANCTI IRENÆI EPISCOPI LUGDUNENSIS ET MARTYRIS, OPERA.

Num. 2. caso. 2. num. 22.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΛΟΥΓΔΟΥΝΟΥ,
ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ,

ΕΛΕΓΧΟΥ ΚΑΙ ΑΝΑΤΡΟΠΗΣ ΤΗΣ ΨΕΥΔΩΝΥΜΟΥ ΓΝΩΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕ.

SANCTI IRENÆI
EPISCOPI LUGDUNENSIS
ET MARTYRIS,
DETECTIONIS ET EVERSIONIS
FALSO COGNOMINATÆ AGNITIONIS.

SEU

CONTRA HÆRESES
LIBRI QUINQUE.

POST FRANCISCI FEUARDENTII ET JOANNIS ERNESTI GRABE recenſionem caſtigati denuo ad MSS. codices Romanos, Gallicanos & Anglicanos, necnon ad antiquiores editiones, & à multis, quibus adhuc ſcatebant, mendis expurgati: auctì novis Fragmentis Græcis; obſervationibus ac notis, copioſiſſimiſque Gloſſariis & Indicibus illuſtrati & locupletati; quibus omnibus præmittuntur tres Diſſertationes, in quibus hæreſes ab Irenæo memoratæ, & loci difficiles explicantur, ejuſque vitæ ac geſtorum hiſtoria diſcutitur.

Studio & labore DOMNI RENATI MASSUET, *Presbyteri & Monachi Benedictini è Congregatione S. Mauri.*

Ex del Collegio R.l de la Compa de Jesus de Salamanca, y de su Libreria

Ex dono Ill.mi D.D. Emmanuelis de Samaniego Archiepiscopi Burgensis.

PARISIIS,

Typis & ſumptibus JOANNIS BAPTISTÆ COIGNARD, Regis Architypographi ac Bibliopolæ ordinarii, viâ S. Jacobi, ad inſigne Bibliorum aureorum.

M D C C X.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

PRÆFATIO.

EX omnibus ſanctorum Patrum operibus, vix ulla eſſe Irenæi ſcriptis bonorum omnium veneratione, ſtudiis, lectione ac curis digniora, mecum ultro fatebitur quiſquis Chriſtianarum rerum non omnino rudis extiterit. Quæcumque enim ad auctoritatem ſcriptoribus Eccleſiaſticis comparandam præcipua ſunt, ea omnia ſanctiſſimum hunc Lugdunenſium Epiſcopum, ſplendidiſſimumque quondam Galliæ noſtræ lumen commendant. Si antiquitatem ſpectemus, [a] *vir Apoſtolicus* fuit, [b] *vicinus Apoſtolorum temporibus*, & ab Apoſtolorum diſcipulis inſtitutus: ſi doctrinam, [c] *omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator* extitit, [d] *rectæ ſemper Catholicæque doctrinæ propugnator* ſtrenuiſſimus, & in Scripturæ ſacræ, priorumque Patrum lectione apprime, ut ubique clamant ejus ſcripta, verſatus: ſi ſanctitatem denique, [e] *vir omnino Spiritus ſancti donis, ac cœleſtibus ornamentis inſtructus fuit*, cujus ſcripta, ut Eraſmi verbis utar, *ſpirant priſcum illum Evangelii vigorem*, ac phraſis arguit pectus martyrio paratum; quem ſanctiſſimi Martyres Lugdunenſes epiſtolis ſuis magnifice commendant; quem denique morum integritas in Pothini primi Lugdunenſium Epiſcopi locum ſuffecit. E pluribus verò quæ reliquerat doctrinæ pietatiſque monumentis, ſuperſunt libri quinque quos ſcripſit adverſus hæreſes Gnoſticorum, quæ ejus tempore in regione Lugdunenſi, cui præerat, graſſari jam cœperant; eo pluris æſtimandi, tum quòd ex tot & tantis quibus Chriſtianam fidem illuſtraverat operibus, nihil aliud fere ſit reliqui: tum quòd pretioſæ ſint Apoſtolicæ ætatis reliquiæ, quibus ea, quam diſcipulis ſuis tradiderant Apoſtoli, & ab his acceperat Irenæus, doctrina & facilè deprehenditur, & ad nos illibata tranſmittitur. In iis ſiquidem præcipua quæque Catholicæ, quam hodienum profitemur, fidei dogmata de Myſteriis ſanctiſſimæ Trinitatis & Incarnationis, de Sacramentis, Eccleſiaſtica Hierarchia, divina Epiſcoporum inſtitutione, Traditionis auctoritate, Petri ejuſque ſucceſſorum ſuprema dignitate ac primatu, &c. diſerte adeo explicantur, & confirmantur, ut non veteres tantùm, ſed quotquot ab Apoſtolicis temporibus ad noſtra uſque emerſerunt hæreſes hinc radicitus extirpari, ac funditus everti valeant. Eapropter à Gregorio Magno diu ac ſollicite quæſiti, & à SS. Patribus ac piis quibuſque Catholicis tam ſedula manu verſari, & eo ſtudioſiùs perlecti ſunt, quo puros Apoſtolicæ doctrinæ latices à fontibus recentes haurire volupe fuit. Hinc ex quo renata in Occidente bonarum literarum ſtudia, reſurgente ſimul in Irenæi lucubrationes amore, nihil prius habuerunt ii, quibus ſacra antiquitas cordi fuit, quàm ut eas è Bibliothecarum tenebris erutas typis committerent, publicique juris facerent.

a. Hieron. in cap. 64. Iſai.
b. Baſil. lib. de Spirit. S. c. 29.
c. Tertull. contra Valent. cap. 5.
d. Euſeb. lib. 5. Hiſt. cap. 4.
e. Epiphan. Hæreſ. 31. §. 33.

Prima omnium editio eſt quam Baſileæ procuravit Deſiderius Eraſmus anno 1526. ex tribus exemplaribus; uno quod Romæ deſcriptum ad eum miſit Joannes Faber, duobus aliis è Monaſteriis commodato præbitis. Quid inſuper in hac editione præſtiterit, monet in ſua epiſtola nuncupatoria ad Bernardum de Gloſs Epiſcopum Tridentinum, poſtea creatum Cardinalem à Clemente Papa VII. anno 1529. quam ad editionis noſtræ calcem reponi curavimus. At ut homini de literis cæteroquin tam bene merito plurimum debetur, quòd Irenæi libros primus luce donaverit; ita dolendum quòd melioribus codicibus deſtitutus plura præſtare non potuerit. Tot enim mendis, lacunis, mutiliſque, ac depravatis periodis ſcatet ejus editio, ut Irenæus ſæpe in ipſo Irenæo quæratur, il-

S. Irenæus in modico temporis spatio maximam in integro civitatem reddidit Christianam. [illegible]

SANCTI IRENÆI EPISCOPI LUGDUNENSIS ET MARTYRIS

DETECTIONIS ET EVERSIONIS FALSO COGNOMINATÆ AGNITIONIS, SEU CONTRA HÆRESES LIBRI QUINQUE.

LIBER PRIMUS.

PRÆFATIO.

Interpretatio Billii.

a QUONIAM nonnulli, repudiata veritate, ſermones & genealogias vanas inducunt, *quæ quidem quæſtiones potiùs*, ut Apoſtolus ait, *præſtant, quàm ædificationem Dei, quæ in fide eſt*, ac per probabilitatem

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

a ΕΠΕΙ τὴν ἀλήθειαν παραπεμπόμενοί τινες, ἐπεισάγουσι λόγους ψευδεῖς καὶ γενεαλογίας ματαίας, αἵτινες ζητήσεις μᾶλλον παρέχουσι, καθὼς ὁ Ἀπόστολός φησιν, ἢ οἰκοδομὴν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει,

PRÆFATIO.

Interpretatio vetus.

a QUATENUS veritatem b refutantes quidam inducunt verba falſa, & *genealogias* c *infinitas, quæ quæſtiones magis præſtant*, quemadmodum Apoſtolus ait, *quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide*;

a b c c. 1 Timoth. 1. 4.

a. *Quatenus.*] Hic accipitur pro *quandoquidem*, *ſive quoniam*. Exempla apud auctores Latinos obvia ſunt.

b. *Refutantes.*] Id eſt, *ſpernentes*, *rejicientes*, *repudiantes*. Eo ſenſu accipit Cicero Orat. pro Rabir. Poſthum. §. 16. & 2. Tuſcul. 9.

c. *Infinitas.*] In Græco ματαίας, *vanas*, [illegible]. Sed cum Apoſtolus 1. Timoth. 1. 4. habeat ἀπεράντοις, *infinitas*, id in textu Latinus ſervare maluit Interpres. Hinc Tertullianus eadem Apoſtoli verba perſtringens Valentinianorum fabulas de [illegible] Æonibus, [illegible] genealogias, habet, *genealogias indeterminatas*.

d. [illegible] Irenæi ab initio ad medium uſque capitis xi. hujus libri debemus Epiphanio, *Hæreſ.* xxxi. à §. 9. ad [illegible] inclusive, ubi cum Valentinianorum [illegible] compendio [illegible], reliqua [illegible], ipſiuſmet ſanctiſſimi Martyris verba, ut ipſe ait, [illegible] [illegible] [illegible] Et Vet. Veterem interpretem legiſſe [illegible], patet ex voce *quatenus* [illegible]. Hinc que [illegible] legiſſe, ac proinde corruptum eſſe hodiernum textum Græcum, [illegible] Billius, [illegible] Ducæus & Feuardentius. [illegible] Græci [illegible], [illegible] quod ita [illegible] veritatem [illegible]. Tum [illegible], ut probet [illegible] hic de iis [illegible] eſſe, qui falſo [illegible] ſunt falſi Doctores, [illegible] Dæmoniſque [illegible], *falſo nomine appellantur*. At [illegible] [illegible] Lexica docent, quæque [illegible] correptionibus, & [illegible] [illegible] Billio & Feuardentio longiſſimam [illegible] hunc periodum, ut [illegible] Irenæus [illegible]: quod [illegible] auctori familiare eſt, librorum præfationibus [illegible].